

Múnera, Domine, obláta sanctífica: et, intercedénte beato Ioánnē Baptísta, nos per haec a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per Dominum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum. .
M. - Amen.

Santifica, o Signore, i doni offerti: e, per intercessione del beato Giovanni Battista, mondaci, in virtù dei medesimi, dalle macchie dei nostri peccati. Per nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio: Che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.
M. Amen.

PREFAZIO DEL SACRO CUORE

COMMÚNIO

Ioann. 19, 34 - Unus mílitum láncea latus eius apéruit, et contínuo exívit sanguis et aqua.

Gv. 19, 34 - Uno dei soldati gli aprì il fianco con una lancia, e subito ne uscì sangue e acqua.

POSTCOMMÚNIO

Praébeant nobis, Dómine Iesu, divínium tua sancta fervórem; quo dulcíssimi Cordis tui suavitate percépta, discámus terréna despícere, et amáre caeléstia: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

O Signore Gesù, questi santi misteri ci conferiscano il divino fervore, mediante il quale, gustate le soavità del Tuo dolcissimo Cuore, impariamo a sprezzare le cose terrene e ad amare le cose celesti: Tu, che sei Dio, e vivi e regni con Dio Padre nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

Beati Ioánnis Baptístae nos, Domine, praeclára comitétur orátio: et, quem ventúrum esse praedíxit, poscat nobis fore placátum Dominum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

Ci accompagni, o Signore, la potente preghiera del beato Giovanni Battista: e ci renda benigno Colui del quale predisse la venuta, il Signore nostro Gesù Cristo, Tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. - Amen.

M. Amen.

Inter Multiplices Una Vox
Associazione per la salvaguardia della Tradizione latino-gregoriana
c/o Calógero Cammarata, via Tetti Grandi, 9, 10022 Carmagnola (TO)
tel: 011-19720362
Indirizzo internet: www.unavox.it - Indirizzo posta elettronica: unavox@cometacom.it

Torino 2016 - Pro manuscripto

MESSALINO FESTIVO Testo latino e traduzione italiana

PROPRIO DELLA S. MESSA
tratto dal *Missale Romanum* a. D. 1962 promulgatum

Sacratissimo Cuore di Gesù
Vigilia della Natività di San Giovanni Battista

INTRÓITUS

Ps. 32, 11 et 19 - Cogitatiónes Cordis eius in generatióne et generatióne: ut éruat a morte ánimas eórum, et alat eos in fame.

Sal. 32, 11 e 19 - I disegni del Cuore del Signore durano in eterno: per strappare le anime dalla morte e sostentarle nella carestia.

Ps. 32, 1 - Exsultáte, iusti, in Dómino, rectos decet collaudátio.

Sal. 32, 1 - Esultate nel Signore, o giusti, la lode conviene ai retti.

Glória Patri...

Gloria al Padre...

Ps. 32, 11 et 19 - Cogitatiónes Cordis...

Sal. 32, 11 e 19 - I disegni del Cuore...

ORÁTIO

Deus, qui nobis, in Corde Fílii tui, nostris vulneráto peccátis, infinitos dilectiúnis thesáuros misericórditer largíri dignáris; concéde, quaésumus; ut illi devótum pietátis nostrae praestántes obséquium, dignae quoque satisfactiúnis exhibeámus offícium. Per eúmdem Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

O Dio, che nella tua misericordia Ti sei degnato di elargire tesori infiniti di amore nel Cuore del Figlio Tuo, ferito per i nostri peccati: concedi, Te ne preghiamo, che, rendendogli il devoto omaggio della nostra pietà, possiamo compiere in modo degno anche il dovere della riparazione. Per lo stesso Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio: Che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

Praesta, quaésumus, omnípotens Deus: ut família tua per viam salútis incédát; et, beáti Ioánnis Praecursóris hortaménta sectándo, ad eum, quem praedíxit, secúra pervéniat: Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

Concedici, Te ne preghiamo, o Dio onnipotente, di procedere per la via della salvezza; e, seguendo gli insegnamenti del beato Giovanni il Precursore, di giungere sicuramente a Colui che egli annunciò: il Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio, Che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. - Amen.

M. - Amen.

EPISTOLA

Lectio **Epistolae** beati Pauli Ap. ad *Ephésios*, 3, 8-12 ; 14-19

Fratres, mihi ómnium sanctorum mínimo data est grátia haec, in géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi: et illumináre omnes, quae sit dispensátio sacraménti absconditi a saeculis in Deo qui ómnia creávit: ut innotéscat principátibus et potestátibus in caeléstibus per Ecclésiám multiformis sapiéntia Dei: secúndum praefinitiónem saeculorum quam fecit in Christo Iesu Dómino nostro, in quo habémus fidúciam et accéssum in confidéntia per fidem ejus. Huius rei grátia flecto génuá mea ad Patrem Dómini nostri Jesu Christi, ex quo omnis patérnitas in caelis et in terra nominátur: ut det vobis secúndum divítias glóriæ suae, virtúte corroborári per Spíritum ejus in interiorem hóminem: Christum habitáre per fidem in córdibus vestris: in caritaté radicáti et fundáti: ut possítis comprehendere, cum ómnibus sanctis, quae sit latitúdo, et longitúdo, et sublímities et profúndum: scire étiam supereminéntem sciéntiae caritatém Christi, ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei.

M. - Deo grátias.

Lettura della **Lettera** del b. Paolo Ap. agli *Efesini*, 3, 8-12 ; 14-19

Fratelli: A me, minimo di tutti i santi è stata data questa grazia di annunciare tra le genti le incomprensibili ricchezze del Cristo, e svelare a tutti quale sia l'economia del mistero nascosto da secoli in Dio, che ha creato tutte cose: onde i principati e le potestà celesti, di fronte allo spettacolo della Chiesa, conoscano oggi la multiforme sapienza di Dio: secondo la determinazione eterna che Egli ne fece nel Cristo Gesù, Signore nostro: nel quale, mediante la fede, abbiamo l'ardire di accedere fiduciosamente a Dio. A questo fine piego le mie ginocchia dinanzi al Padre del Signore nostro Gesù Cristo, da cui tutta la famiglia e in cielo e in terra prende nome, affinché conceda a voi, secondo l'abbondanza della sua gloria, che siate corroborati in virtù secondo l'uomo interiore per mezzo del Suo Spirito. Il Cristo abiti nei vostri cuori mediante la fede, affinché, radicati e fondati nella carità, possiate con tutti i santi comprendere quale sia la larghezza, la lunghezza e l'altezza e la profondità di quella carità di Cristo che sorpassa ogni concetto, affinché siate ripieni di tutta la grazia di cui Dio è pienezza inesauribile.

M. - Deo grátias.

GRADUALE

Ps. 24, 8-9 - Dulcis et rectus Dóminus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas.

Sal. 24, 8-9 - Il Signore è buono e retto, per questo addita agli erranti la via. Guida i mansueti nella giustizia e insegna ai miti le sue vie.

ALLELÚIA

Allelúia, allelúia.

Matth. 11, 29 - Tóllite iugum meum super vos et discite a me, quia mitis sum et húmiliis Corde, et inveniétis réquiem animabus vestris. Allelúia.

Allelúia, allelúia.

Mat. 11, 29 - Prendete sopra di voi il mio giogo ed imparate da me, che sono mite ed umile di Cuore, e troverete riposo alle vostre anime. Allelúia.

EVANGÉLIUM

Sequéntia S. **Evangelii** secundum *Ioann.* 19, 31-37

In illo témpore: Iudaéi, quóniam Parasceve erat, ut non remanérent in cruce córpora sábbato, erat enim magnus dies ille sábbati, rogavérunt Pilátum ut frangeréntur eórum crura et tolleréntur. Venérunt ergo mílites, et primi quidem fregérunt crura, et altérius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum iam mórtuum, non fregérunt eius crura: sed unus mílitum lancea latus eius apéruit, et contínuo exívit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit: et verum est testimónium eius. Et ille scit, quia vera dicit: ut et vos credátis. Facta sunt enim haec, ut Scriptúra implerétur: Os non comminuétis ex eo. Et iterum ália Scriptúra dicit: Vidébunt in quem transfixérunt.

M. - Laus tibi Christe.

ANTÍPHONA AD OFFERTÓRIUM

Ps. 68, 21 - Improperium exspectávit Cor meum et misériam, et sustíni qui simul mecum contristarétur, et non fuit; consolántem me quaesívi, et non invéni.

Sal. 68, 21 - Obbrorii e miserie si aspettava il mio Cuore; ed attesi chi si rattristasse con me: e non vi fu; cercai che mi consolasse e non lo trovai

SECRÉTA

Réspice, quaesumus, Dómine, ad ineffábilem Cordis dilécti Fílii tui caritatém: ut quod offérimus sit tibi munus accéptum, et nostrórum expiátio delictórum. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saecula saeculorum.

Guarda, Te ne preghiamo, o Signore, all'ineffabile carità del Cuore del Tuo Figlio diletto: affinché l'offerta che Ti facciamo sia gradita a Te e giovi ad espiazione dei nostri peccati. Per lo stesso Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i sécoli dei sécoli.